



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

TRACTAT. 7

quædam respiciunt tempora, quædam verò personas, & res personarum, quædam res Sacramentales, ut etiam æterna: quorum exempla patent per capitula supradiçta.

Non sollemnes autem sunt, quas ingerit sacerdotibus in fine missæ distribuunt, & cum cibis & huiusmodi benedicunt.

CAP. II.

Sollemnes ergo benedictiones, De benedictionibus, Sad sollemnes pertinent Sacerdotibus, scilicet ad Pötifices, quas sollemniter per sollemnes exhibet diçtionibus, quæ causam & originem nascuntur ex eis quæ in Numeris sic leguntur. Loquutus est dominus ad Moysen, dicēs: Loquere Aaron & filiis eius, sic benedicetis Israël, & dicetis eis. Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat Dominus faciem suã tibi, & misereatur tui.

De benedictionibus, bº Episcoporum sollemnibus, & forma crucis, per quam exprimitur benedictio.

8 DE OFF. EPISC.

tui: conuertat dominus vultum suum ad te, & tibi pacem. Tres igitur clausulae in hac benedictione tanguntur, & tres clausulae similiter in benedictionibus Episcopi solemnibus apponuntur, & triplex gratia appetitur, quae videlicet informet liberi arbitrii facultatem, illuminet rationem, ordinet voluntatem. Et triplex malum remoueri per oppositum postulatur: custodia à malo culpa, releuatio à malo miseria siue poena, liberatio à tentatione, per quam impeditur pax animae. Teretiam dominus in hac benedictione ponitur, vt Trinitatis gloria manifestius declaretur, unde & tribus digitis Episcopus benedicit, & tribus digitis iuxta vaticinium Esaiæ Dominus terram molem appedit. & in his tribus digitis forma crucis exprimitur, in cuius crucis efficacia nobis omnis spiritualis benedictio

ctio

Isa. 40.

TRACTAT. 9

ctio ministratur. Quia enim per
 crucem liberamur à culpa, visita-
 mur in gratia, regnamus in patria,
 ideo nunquam datur benedictio
 propriè sine crucis forma: videte li-
 berationem: Serpēs in palo figitur, Num. 21.
 & Israël à serpentibus liberatur.
 Signatur Tau in frontibus viro- Ezc. 9.
 rum gementium, & euaditur ange-
 li feriētis exterminium. Habet an- Apoc. 7.
 gelus in Apoc. signum Dei viui,
 & cohabentur angeli, quibus da-
 tum est nocere terræ & mari. Poni
 tur sanguis in superliminaribus He Exod. 12.
 braorum, & in utroq; poste: qua po-
 sitio secūdum crucis dispositionem
 fuit, & sic percussis Aegyptijs, si-
 gnatus cum suo possessore locus eua-
 sit. Attendite per crucem: gratie
 visitationem, amaritudo in aquis Exod. 15.
 Marach inuenitur, sed immis-
 sione ligni mystici dulcorantur. Ad-
 uertite regni futuri figuram in cru-

- Exod. 17. *ce* protenduntur manus in cœlum,
à Moysse superatur Amalech, vin-
cunt Israëlita, factus est, ait Esaias,
Esa. 9. principatus Christi super humerū
eius: quia per crucis efficaciam spe-
ratur gloria & triumphus: formā
autem crucis benedicens exprimit.
- Gen. 49. *In cuius figura* Iacob in ultimo spi-
ritu constitutus Ioseph filijs bene-
dicens, & formam crucis expri-
mens, manus commutans in crucis
speciem. Ritu verò communi, à su-
periori descendit inferius, & à la-
na transit in dexteram: benedicen-
tis dextera, Christum præfigurans,
per quem cōfirmatur benedictio nō-
stra, qui de cœlo descendit in terrā
& à Iudæis transiit ad gentes, ad
ecclesiam, scilicet gentiū, à Iudæo-
rum synagoga. Hæc igitur dicta
sunt pro benedictionibus sollempni-
bus, que pro festorum & temporis
differentia variantur, prout con-
grua

grua

TRACTAT. II

grua & diuersa gratiarum mune-
ra postulantur.

CAP. III.

SVnt & alia benedictiones non
sollemnes, qua in fine Missæ cō-
feruntur populo tam per Episcopos,
quàm per minores alios sacerdotes.
Hunc enim morem tenet Ecclesia,
ut benedicatur populus post myste-
ria cōsummata, quia dominus ante
ascensionē ascensurus in cœlū, disci-
pulos suos in Bethaniā duxit, & eis
dem in fine benedictionem dedit.

De bene-
dictioni-
b⁹ in fine
missæ fa-
ctis com-
muniter.

Luc. 24.

CAP. IIII. 4.

SVnt & alia benedictiones simi-
liter non solēnes, qua usitata &
cōmuni nomine benedictiones dicū-
tur, & quadragesimali tēpore cōfe-
rūtur, cū humiliare Deo capita nos
iubemur: Quadragesimali enim tē-
pore nouit aduersarius noster Eccle-
siam contra se singulare sumpsisse
sertamen, & ideò fortius instat
ad

De bene-
dictioni-
bus quæ
dantur
in qua-
dragesi-
ma in fi-
ne Missæ.